



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

# CHRONICON

## BREVISSIMUM DE SAN- CTIS BELGII.



Erùm ea quæ temporū confusio-  
ne latius digesta sunt, per tēpo-  
rum successione breuiter recapit-  
ulare placuit, vt ex compendio-  
sa subsequentiū lectione, Belga-  
rum ecclesiasticus status agnosci  
possit, potissimum quo ad initia & incrementa.

### CAPVT I.

**T**ungri igitur, inter Belgarum populos primi,  
vsque ad Treuirorum fines habitauerunt. *Tungri.*  
Quare mirum non est, si decem sancti episcopi  
Treuirenses, recenseantur vsque ad Seruatium,  
etiam Tungrenses episcopi, hoc videlicet ordine,  
Maternus, discipulus sancti Petri, Nautus, Mar-  
cellus, Metropolis, Seuerinus, Florentius, Marti-  
nus, Maximinus, & Valētinus. Qualis autem sub  
his episcopis fuerit Tungrorum in fide Catholica  
status, ad nos non peruēnit.

Sanctus Martinus inter hos specialiter celebra- *Hasbani.*  
tur Hasbanorum Apostolus, cuius obitus ponitur  
anno ducentesimo septuagesimo sexto.

### CAPVT II.

**D**iocletianus imperator est appellatus anno  
ducentesimo octuagesimo quarto; imperauit  
annis viginti, & collegam imperij assumpsit Ma-  
ximianum, anno ducentesimo octuagesimo sexto.  
Sub horū grauissima in Christianos persecutione,  
nonnulli